

- PECCATUM.
- Peccare ex contemptu non est peccare ex certa scientia, etc. V, 3, 28
- Peccare ex consuetudine non est peccare ex contemptu. *ibid.*
- Peccare ex contemptu quid sit formaliter. *ibid.*
- Peccatum grave committi posse contra legem ecclesiasticam, ex defectu aliquo in actu mentis, licet in actione exteriori non appareat defectus. V, 4, 13
- PERMISSIO.
- Permissio quid significet. V, 1, 20
- Permissio duplex juris et facti. V, 1, 15
- Affirmativa et negativa. *ibid.*
- Permissio propria quæ. VI, 9, 2
- Permissio juris et facti quæ. *ibid.*
- Permissio libelli repudii an concessiva, an dispensativa. *ibid.*
- Permissio pluralitatis uxorum qualis. *ibid.*
- Permissio usurarum in lege veteri concessiva. *ibid.*
- Permissio ingrediendi vineam alienam qualis. *ibid.*
- Permissio simpliciter dicta regulariter solum versatur circa malos actus. V, 1, 15
- PERPETUITAS.
- Perpetuitas simpliciter et secundum quid. V, 1, 10
- Perpetuitas positiva et negativa. *ibid.*
- PETRUS.
- Petrus non peccavit mortaliter in eo facto pro quo a Paulo fuit reprehensus. VI, 9, 20
- Peccatum nec veniale Petrum commisisse est probabile. *ibid.*
- Petrum dupliciter ab omni peccato excusari posse. *ibid.*
- PHILOSOPHI.
- Philosophi supernaturalem hominum finem non cognovere V, 1, 3
- POSSIBILE.
- Possibile dupliciter sumitur. V, 1, 9
- POTESTAS.
- Potestas præceptiva divisa in dominativam et jurisdictionis. V, 1, 8
- Potestatis dominativæ et legislativæ variæ differentia. *ibid.*
- Potestas ordinaria et delegata. V, 3, 4
- Potestas coactiva et directiva. *ibid.*
- Potestas jurisdictionis ad leges ferendas necessaria. V, 1, 8
- Potestas hæc non quælibet sufficit. *ibid.*
- Potestas aliqua suprema in omni communitate reperitur. *ibid.*
- Potestas in communitate perfecta necessaria ad gubernationem. V, 3, 1
- Potestas humani magistratus, vide MAGISTRATUS.
- Potestas Adæ in posteros qualis fuit. V, 3, 2
- Potestas immediate a Deo, vel ut auctore naturæ, vel ut auctore gratiæ. V, 3, 4
- Quæ potestas delegabilis, et quibus modis. *ibid.*
- Quæ potestas indelegabilis et quibus personis. *ibid.*
- Potestas legislativa non assequitur suum finem nisi in materia omnium virtutum præcipiendo. V, 3, 12
- Potestas humana non comprehendit actus mere internos. V, 4, 12

Potestas inferioris ad dispensandum in lege superioris an ordinaria sit. Vide DISPENSATIO. VI, 6, 15

Potestas dispensandi includit potestatem commutandi. VI, 6, 16

POTESTAS CIVILIS.

Potestas civilis quando manat a communitate e. , 3, 4

Potestatis regiæ varii tituli. *ibid.*

Potestas regiæ, formaliter ut talis, est de jure humano. *ibid.*

Potestas civilis absolute considerata est de jure divino. *ibid.*

Potestas ferendi leges humanas quibus modis participetur. *ibid.*

Quæ potestas in imperatoribus et regibus sit ordinaria. *ibid.*

Potestas ferendi leges civiles in lege gratiæ et inter Christianos permanet cum moderatione tali statui accommodata. V, 3, 5

Nullum hominem habuisse potestatem universalem ad ferendas leges civiles obligantes universum orbem. V, 3, 7

Potestas condendi leges civiles est in omnibus regibus supremis. V, 3, 9

Potestatem hanc esse in principe supremo. *ibid.*

Potestas condendi leges civiles in magistratibus, etc. *ibid.*

Potestas hæc est in communitatibus perfectis, quæ sine regibus gubernantur, non vero in subjectis alicui supremo principi. *ibid.*

Potestas hæc in regina domina regni reperitur. *ibid.*

Potestatem civilem nunquam fuisse eandem in tota hominum universitate. V, 3, 2

Hanc potestatem ante Christi adventum non fuisse in uno particulari homine respectu totius universitatis. *ibid.*

Potestas hæc resultat post politicam unionem hominum. V, 3, 3

Quadruplex actus hujus potestatis. *ibid.*

Potestas hæc mutabilis est. *ibid.*

Potestas hæc non est in civitatibus minoribus. V, 3, 9

Potestas condendi leges municipales non est in omnibus propriis civitatibus. *ibid.*

Potestas condendi leges civiles neque fidem, neque aliud donum supernaturale postulat in subjecto in quo existit. V, 3, 16

Potestas condendi leges in hominibus injustis permanent. *ibid.*

Potestas civilis an respiciat felicitatem æternam vitæ futuræ. V, 3, 11

Potestas civilis in pura natura spectata quem finem intrinsecum habeat. *ibid.*

Potestas civilis non multum curat de actibus internis. *ibid.*

Potestas civilis ut est in principibus christianis fidei conjuncta non extenditur in materia vel actibus suis ad finem supernaturalem. *ibid.*

Asserere licitum esse ratione politici status leges ferre veræ religioni contrarias, hæreticum est. V, 3, 12

Potestas civilis, vide POTESTAS ECCLESIASTICA.

Potestas obligandi sub mortali in lege civili, non ex speciali Christi concessione, sed ex natura rei consequitur. V, 3, 24

Potestas imperatoris quo se extendat in privilegiis concedendis. Vide PRIVILEGIUM. V, 8, 26

Potestas temporalis quomodo subjecta spirituali. V, 3, 6

POTESTAS ECCLESIASTICA.

Potestas temporalis in universum orbem an sit in summo Pontifice. V, 3, 6

Potestas ferendi leges obligantes totam Ecclesiam, vel omnes provincias Ecclesiæ subjectas, non est in imperatore. *ibid.*

Potestas Ecclesiæ in hæreticos et infideles, quæ. V, 3, 16

Esse in Ecclesia potestatem peculiarem ad regendam illam. V, 4, 1

Potestas hæc vere et proprie legislativa est. *ibid.*

Potestas hæc spiritualis et supernaturalis est. *ibid.*

Et quomodo. V, 4, 2

Potestas hæc perfecta prout nunc in Ecclesia, quomodo sit propria legis gratiæ. *ibid.*

Potestas regalibus et sacerdotalibus in lege scripta distincta. *ibid.*

Potestatem legislativam in hebræo populo fuisse. *ibid.*

Potestas sacerdotalis in lege veteri inferioris ordinis ab ea quæ nunc est in Ecclesia. *ibid.*

Potestas ut nunc est in Ecclesia in multis superat potestatem legis veteris. *ibid.*

Potestas hæc data fuit Petro immediate a Christo Domino et speciali modo. V, 4, 3

Potestas hæc quomodo aliis Apostolis data fuerit, et a quo. *ibid.*

Potestatis Petri et reliquorum apostolorum diversitas. *ibid.*

Potestatem legislativam in universam Ecclesiam a Christo immediate summo Pontifici dari, ex vi institutionis ejus. *ibid.*

Et quomodo. V, 4, 4

Potestatem hanc solis Apostolis immediate a Christo datam. VI, 4, 3

Potestas jurisdictionis sine consecratione datur. V, 4, 4

Potestas ferendi leges non est de ratione intrinseca muneris episcopalis. *ibid.*

Potestas ecclesiastica ferendi leges, quibus delegabilis. V, 4, 6

Potestas hæc non pendet ex moribus hominum, nec ex fide. V, 4, 7

Potestas ecclesiastica legislativa in lege evangelica est præstantior potestate civili. V, 4, 8

Potestas ecclesiastica, etiam ut legislativa, est supernaturalis. *ibid.*

Potestatis ecclesiasticæ excellentia ex fine desumpta. *ibid.*

Ex efficiente. *ibid.*

Ex subjecto. *ibid.*

Potestas ecclesiastica in feminis esse nequit jure ordinario. *ibid.*

Potestatis ecclesiasticæ aliæ excellentiæ tanguntur. V, 4, 9

Potestati ecclesiasticæ potestas civilis subordinata et subjecta. *ibid.*

Potestas canonica et civilis nec necessario conjunctæ, nec necessario separate. V, 4, 10

POSTLIMINIA.

Postliminia ad jus gentium pertinere. V, 2, 18

PRÆCEPTUM.

Præceptum, vide JEJUNIUM.

Præceptum impositum Adæ in statu innocentia quomodo alios comprehendebat. V, 1, 6

Præceptum requirit aliquam supremam potestatem in præcipiente. V, 1, 8

Differentia inter præceptum purum et statutum, seu constitutionem. V, 1, 10

Præceptum superioris ad limitatum tempus, per se loquendo, non est lex. *ibid.*

Præceptum implere et non transgredi diversum. V, 2, 10

Quæ displicentia operis præcepti impediatur ejus adimplerionem. *ibid.*

Cognitio actus præcepti, ut præceptum est, quomodo requisita. *ibid.*

Præceptum Abrahamæ quomodo intelligendum. V, 2, 15

Præceptum non ducendi plures uxores quomodo intelligendum. *ibid.*

Præceptum, ut tale, non datur nisi de futuro. V, 3, 14

Præceptum annuæ confessionis quomodo et per quam confessionem violetur. V, 4, 13

Præceptum spei, fidei et charitatis in lege veteri extitisse. VI, 9, 4

Præcepta legis veteris sexcenta et tredecim fuisse. *ibid.*

Præcepta credendi plura mysteria in lege nova quam in veteri quo jure sit inductum. VI, 10, 2

Præceptum credendi explicite in lege nova quo sensu potest dici positivum. *ibid.*

Præceptum spei in lege nova quomodo intelligendum. *ibid.*

Præceptum charitatis in lege nova quale. *ibid.*

Præceptum Christi de charitate ad infideles se extendit. *ibid.*

Præceptum prædicandi datum pastoribus Ecclesiæ quo jure introductum. *ibid.*

Præceptum affirmativum et negativum, et eorum differentia. V, 2, 10

Præceptorum naturalium triplex ordo. V, 2, 15

Præcepta erga proximum septem: erga Deum tria. VI, 9, 4

Præcepta Decalogi, vide LEGIS VETERIS FORMA.

Præceptorum Decalogi et aliorum differentia. VI, 9, 5

Præceptorum ordo in tabulis scripturarum. *ibid.*

Præcepta in tabulis descripta, et cur hoc. *ibid.*

Præcepta Decalogi quando sufficienter promulgata. *ibid.*

Præcepta tam cæremonialia quam judicialia habuerunt rationem figuralem ex institutione divina. VI, 9, 3

Præceptum aliquod Angelis datum ab initio creationis, et cur hoc. VI, 9, 1

Præceptum positum sub mortali, in materia levi, obligat sub veniali. V, 3, 25

Præceptum apostolicum abstinendi a sanguine, etc. Act. 15, obligabat sub mortali. V, 4, 17

Præcepta jejunii, missæ, communionis, etc., sine formali contemptu frangi posse. *ibid.*

Præcepta hujusmodi transgrediendo quis graviter peccat, licet non habeat consuetudinem peccandi. *ibid.*

Nulla potestate humana posse proprium præceptum naturale mutari. V, 2, 14

Præcepta naturalia possintne aliqua potestate humana immutari. *ibid.*

Quæ præcepta immutabilia omnino, etiam a Deo. V, 2, 15

Præceptum recitandi horas canonicas obligat in conscientia, licet pœnam imponat beneficiatis restituendi. V, 5, 8

PRÆCIPIO, PROHIBEO.

Verbum præcipio vel prohibeo quando indicet obligationem sub mortali. V, 3, 26

- PREDESTINATIO.
Prædestinatio non intelligitur in intellectu divino ante omne decretum liberum. V, 2, 3
- PRÆLATUS.
Prælati inferiores quas leges condere valeant. V, 4, 5
Prælati Papæ inferiores an per hæresim potestatem amittant. V, 4, 7
Prælati an possit præcipere actus mere internos, ratione voti subditorum. V, 4, 12
Prælati religionum, et Ecclesiastici possunt condere leges suo fini proportionatas. V, 4, 17
Prælati inferiores pro quibus locis privilegia concedunt. Vide PRIVILEGIUM. VI, 8, 26
Prælati quomodo dispensent in legibus quas ipsi non tulerint. VI, 6, 12
- PLEBISCITA.
Plebiscita cur ita dicta. V, 5, 1
Plebiscita applicari non possunt juri canonico. *ibid.*
- PRÆSCRIPTIO.
Præscriptio cum possessione malæ fidei reprobat per leges canonicas. V, 3, 6
Præscriptio regulariter petit decennium inter præsentis, et vicennium inter absentes. VI, 8, 35
- PRINCEPS, PRINCIPATUS.
Princeps imperio subjectus an suis legibus possit derogare imperatoriis. V, 3, 7
Quando potest princeps punire subditum extra territorium delinquentem. V, 3, 33
Principem obligari ad suam legem ex efficacia ipsius legis. V, 3, 35
Princeps quomodo lege sua obligetur. *ibid.*
Hæc principis obligatio quo sensu dici potest naturalis, divina vel humana. *ibid.*
Princeps non tenetur servare leges municipales provinciarum sibi subjectarum, licet in eis moretur, vel peregrinetur. *ibid.*
Princeps non obligatur lege sua quoad vim coactivam. *ibid.*
An princeps obligetur civiliter ratione suæ legis. *ibid.*
Quæ leges irritantes principem comprehendant. *ibid.*
Principatus humanus neque est congenitus naturæ, neque est contra illam. V, 3, 2
- PRIVILEGIUM.
Privilegii nomen æquivoce sumi posse. VI, 8, 20
Privilegium quid. VI, 8, 1
Privilegii definitio. *ibid.*
Non omne privilegium esse legem proprie sumptam. *ibid.*
Privilegium, vide CONSUETUDO.
Privilegium aliud esse purum beneficium, aliud juri contrarium. VI, 2, 27
Privilegium divinum et humanum. VI, 8, 3
Privilegium humanum reale et personale. *ibid.*
Privilegium adhaerens rei aut personæ, et unde dignoscendum. *ibid.*
Privilegium conventionale et purum. VI, 8, 4
Privilegium reale per se indifferens, ut sit personale. *ibid.*
Privilegium perpetuum et temporale. VI, 8, 5
Privilegii altera divisio. VI, 8, 6
Privilegium odiosum et favorabile. *ibid.*

- Privilegium affirmativum et negativum. VI, 8, 6
Privilegium aliud pro foro externo, aliud pro interno. *ibid.*
Privilegium scriptum et non scriptum. VI, 8, 7
Et ejus subdivisio. *ibid.*
Privilegii forma, usque ad beneplacitum meum, quomodo intelligenda. VI, 8, 12
Privilegii forma externa et interna. *ibid.*
Privilegii forma maxime includit significationem verborum. *ibid.*
In privilegio tria maxime consideranda. *ibid.*
Privilegii forma substantialis unde cognoscatur. VI, 8, 13
Privilegii subjectum quod. VI, 8, 9
Privilegium accipiens semper supponitur aliquo modo inferior. *ibid.*
Privilegium quibus personis conceditur de facto, vel concedi possit. VI, 8, 10
Privilegium an idem sibi concedere queat. VI, 8, 9
Privilegiorum causa qualis esse debeat. VI, 8, 21
Privilegium concedit quicumque legem concedere possit, et hic solus. VI, 8, 8
Et dari potest a seipso principe, ut suum effectum habeat, ante notitiam privilegiati. VI, 8, 18
Privilegium non requirit necessario scripturam. VI, 8, 2
Privilegium a Pontifice concessum ubique valet, si absolute concedatur. VI, 8, 26
Privilegium pro certo loco concessum, ibi solum valet. *ibid.*
Privilegii extra territorium concedentis quis valor. *ibid.*
Privilegium ubique valet pro dispensato in jure communi, nisi prohibeatur statuto alterius territorii. *ibid.*
Privilegio in alieno territorio quando quis licite uti possit. *ibid.*
Privilegii notitia quomodo necessaria privilegio. VI, 8, 25
Privilegiorum notificatio non spectat ad principem. *ibid.*
Privilegii ostensio vel alia probatio necessaria, ut contra alium admittatur. *ibid.*
Privilegium esse veram legem. V, 7, 7 et 14
Privilegium a rescripto quomodo differt. VI, 8, 2
Privilegium odiosum in dubio, quando censendum personale. VI, 8, 4
Privilegium gratiosum quid. *ibid.*
Privilegium remunerativum quid. *ibid.*
Privilegium eligendi confessorem in rigore neminem gravat. VI, 8, 34
Privilegium remunerativum an sit reale vel personale. VI, 8, 4
Privilegium conventionale non semper transit ad hæredes. *ibid.*
Privilegium esse perpetuum, et esse revocabile, diversum. VI, 8, 5
Privilegium perpetuum rei perpetuæ adhaerere debet. *ibid.*
Nullum privilegium suo fundamento durabilius est. *ibid.*
Privilegium negativum non perditur per non usum. VI, 8, 6
Privilegia data pro foro poenitentiae non sunt limitanda ad iudicium sacramentale. *ibid.*
Neque extendenda ad forum contentiosum. *ibid.*
Privilegia an sine expressa principis concessionem parentur. *ibid.*
Privilegium an sit consuetudine potentius. VI, 8, 7

- Privilegium duobus modis concedi solet. VI, 8, 12
Privilegium dari ad instantiam petentis, aut motu proprio, unde dignoscendum. *ibid.*
Privilegium motu proprio concessum non retorqueri contra eum cui conceditur, sicut concessum ad petitionem cujusdam. *ibid.*
Privilegium per surreptionem impetratum ad puram instantiam petentis non valere, secus si motu proprio concedatur. *ibid.*
Privilegium conceditur absolute vel sub conditione. VI, 8, 13
Privilegiorum tres effectus generales. VI, 8, 22
Privilegium aliquando datur ad tollendum scrupulum vel dubium. *ibid.*
Privilegium quando habet effectum ultra jus commune. *ibid.*
Privilegii effectus per se esse aliquando morale jus, etc. *ibid.*
Privilegii ut lex est. VI, 8, 23
Privilegium contra pariter privilegiatum quem effectum habeat. *ibid.*
Privilegium per modum præmii, quando habeat effectum. VI, 8, 25
Privilegium ad remunerandum opus factum vel faciendum eadem ratio. *ibid.*
Privilegium dans jus non acquiritur ante acceptationem per se aut per alium, ante notitiam autem acquiritur per alium, non per se. *ibid.*
Privilegii acceptatio ad alium effectum necessaria, ad alium non. *ibid.*
Privilegia regulariter non conceduntur ad operandum ante notitiam privilegiarii, *ibid.*
Privilegii utilitas ante acceptationem quænam sit. *ibid.*
Privilegio in quo loco quis uti possit. VI, 8, 26
Privilegia secundum proprietatem verborum servanda. VI, 8, 28
Privilegium injustum quoad usum, quale, et quem effectum habeat. *ibid.*
Privilegium injustum quoad concessionem quid operetur. *ibid.*
Privilegii injusta concessio non semper reddit injustum usum ejus. *ibid.*
Privilegii vis magis ex intentione concedentis quam ex verbis petenda. *ibid.*
Privilegium non in omnibus æquiparatur actuali dispensationi. VI, 8, 30
Privilegio usus contrarius quis. VI, 8, 35
Privilegium gratuitum duplex. VI, 8, 37
Privilegium quomodo inducit obligationem. V, 1, 14
Privilegiarius in duobus casibus obligatur uti suo privilegio. VI, 8, 23
Privilegiorum promulgatio quæ necessaria. VI, 8, 24
Privilegium quando ample intelligendum. VI, 8, 11
Privilegium sub masculino nomine quando feminas comprehendat. *ibid.*
Privilegia quomodo ad conjuncta sive correlativa extendantur. *ibid.*
Privilegium alicui concessum post meridiem recitandi matutinas preces, extenditur ad socium. *ibid.*
Privilegiorum extensio non fiat in damnum tertii. VI, 8, 22
Privilegium motu proprio concessum ampliandum. VI, 8, 27
Privilegium ob similitudinem rationis non extendendum. VI, 8, 28
Privilegii ampla interpretatio quomodo faciendâ. *ibid.*
- Privilegium a die concessionis quomodo fructuosum. VI, 8, 25
Privilegium ablativum oneris quomodo operetur. *ibid.*
Privilegium exemptionis quid operetur. *ibid.*
Privilegii restrictio triplex. VI, 8, 17
Privilegii restrictio quoad communicabilitatem. *ibid.*
Privilegium limitatur ex parte subjecti, objecti, et mente concedentis. VI, 8, 26
Privilegium derogans juri communi restringendum. VI, 8, 27
Privilegium quando restringendum. *ibid.*
Privilegium inferens damnum tertriæ personæ quomodo restringendum et intelligendum. VI, 8, 28
Privilegii restrictio non debet illud reddere inutile. *ibid.*
Privilegii mutatio respectu prioris privilegiarii non extenditur ad posteriorem. VI, 8, 16
Privilegium multipliciter mutari solet. VI, 8, 29
Privilegiorum propria mutatio partialis, vel totalis. *ibid.*
Privilegiorum aliæ mutationes ex parte materiæ tanguntur. VI, 8, 30
Privilegium insertum in corpore juris quando censeatur derogari. VI, 8, 14
Privilegium quando censeatur derogare juri communi. *ibid.*
Privilegium derogans juri communi duplex. *ibid.*
Privilegium in corpore juris contentum non derogatur tacite per legem universalem non derogantem privilegiis expresse. VI, 8, 39
Privilegium quatuor modis tacite derogari censetur. *ibid.*
Privilegium speciale derogat generali. *ibid.*
Inter privilegia, si sint generalia contraria, prævalet antiquius. *ibid.*
Privilegium ad instar in quo consistit. VI, 8, 15
Privilegium ad instar quando censeatur augeri. *ibid.*
Privilegium ad instar an potest valere contra illud ad cuius instar concessum est. *ibid.*
Privilegii ad instar quænam forma concedendi. *ibid.*
Privilegii ad instar et per communicationem comparatio. VI, 8, 16
Et eorumdem differentia. *ibid.*
Privilegium an destruat, destructo loco cui conceditur. VI, 8, 5
Privilegium non cessat cessante causa negative, sed contrarie. VI, 8, 30
Privilegium cessare negative quid, et quid contrarie. *ibid.*
Privilegium cessat cessante finali dupliciter. *ibid.*
Privilegium cessat cessante causa perpetuo. *ibid.*
Privilegium conditionale quomodo cessat. VI, 8, 29
Privilegium rite comparatum non cessat per mortem concedentis. VI, 8, 31
Privilegium quando expirat morte concedentis. *ibid.*
Privilegium, ut remaneat post mortem concedentis, quid requirat. *ibid.*
Privilegia contra Concilium Tridentinum, quæ revocata censeantur. VI, 8, 18
Privilegia revocata ab homine vel a jure communi. VI, 8, 19
Privilegium post mortem concedentis a successore revocari potest. VI, 8, 32
Privilegiorum revocatio seu abrogatio. V, 2, 14
Privilegium datum non subdito et ab eo acceptatum, irrevocabile. VI, 8, 37
Privilegium concessum subdito revocabile. *ibid.*

- Privilegium remunerativum et per contractum onerosum, irrevocabile. VI, 8, 37
 Privilegium concessum ab inferiori in lege superioris an possit ab inferiori revocari. *ibid.*
 Privilegium concessum ab inferiori potest a superiori revocari. *ibid.*
 Privilegium ex causa legitima revocabile. *ibid.*
 Privilegium gratuitum quomodo revocabile. *ibid.*
 Privilegium quibus modis revocari solet. VI, 8, 38
 Privilegii revocatio expressa et tacita, et illa duplex. *ibid.*
 Privilegium ignoratum non impeditur per contrariam voluntatem. *ibid.*
 Privilegia per publicam legem revocata promulgationem sufficientem expectant. VI, 8, 39
 Quæ promulgatio sufficiat. *ibid.*
 Privilegii revocatio ab homine facta quando sortitur effectum. VI, 8, 40
 Privilegii revocatio per legem et ab homine facta, diversa est. *ibid.*
 Privilegii revocatio quomodo privilegiario notificari debeat. *ibid.*
 Privilegium ob bonum commune, an possit a privato renuntiari. VI, 8, 6
 Privilegium ob bonum privatum quando renuntiari potest. *ibid.*
 Privilegium quod momentaneum est non est revocabile. VI, 8, 33
 Privilegium per se loquendo, renuntiabile est. *ibid.*
 Privilegium fit irrenuntiabile ex duplici capitulo. *ibid.*
 Privilegium clericale cur non possit a persona particulari renuntiari. *ibid.*
 Privilegii renuntiatio propria et impropria. *ibid.*
 Privilegii renuntiatio tacita et expressa. *ibid.*
 Privilegii proprii renuntiatio quid requirat. *ibid.*
 Privilegium ut renuntietur, petit voluntatem expressam. *ibid.*
 Privilegii renuntiatio multipliciter contingit. *ibid.*
 Privilegium aliquod dici posse dispensationem. VI, 6, 10
 Privilegium amittitur per aliquem non usum. VI, 8, 34
 Privilegium non destruitur per usum mere negativum. *ibid.*
 Privilegium per usum privativum quomodo destruitur. *ibid.*
 Privilegium dupliciter amittitur per non usum. *ibid.*
 Privilegia quæ non amittuntur per non usum qualia. *ibid.*
 Privilegium, ut per non usum amittatur, an decennium requirat. *ibid.*
 Privilegiis absolutis nullum tempus jure definitum ut amittantur. *ibid.*
 Privilegium per non usum amitti, de quo foro intelligendum. *ibid.*
 Privilegia quæ non amittuntur in foro conscientie quænam. *ibid.*
 Privilegia quæ per non usum, ex dispositione juris, per decennium amittuntur, quomodo sunt intelligenda. *ibid.*
 Privilegium amittitur per contrarium usum, si cætera adsint. VI, 8, 35
 Privilegium an per unum actum amittatur. VI, 8, 29
 Privilegium non amittitur simpliciter per unam contraventionem, sed solum secundum quid. VI, 8, 35
 Privilegiorum amissio per contrarium usum in privilegiis absolutis non habet locum. *ibid.*
 Privilegii abusus multiplex. VI, 8, 36
 Privilegium amittitur per abusum. *ibid.*
 Privilegii amissio per abusum quando requirat sententiam judicis. VI, 8, 36
 Privilegium ratione formæ limitatur ad vitam concedentis. VI, 8, 32
 Privilegiorum communicatio est quædam forma concedendi. VI, 8, 16
 Privilegii communicatio cum restrictione, unde extendenda. VI, 8, 17
 Privilegiorum innovatio quid significet. VI, 8, 20
 Privilegiorum innovatio in forma communi quid operetur. *ibid.*
 Privilegiorum innovatio quos effectus habeat. *ibid.*
 Privilegiorum consideratur, ut lex est, vel ut exemptio a lege. VI, 8, 21
 Privilegiorum confirmatio an sit nova concessio. VI, 8, 18
 Privilegiorum confirmatio in forma communi vel ex certa scientia. *ibid.*
 Privilegiorum confirmatio in forma communi explicatur. *ibid.*
 Privilegiorum confirmatio ex certa scientia quam vim habeat. *ibid.*
 Privilegiorum confirmatio, ex certa scientia uni religioni data, an aliis etiam religionibus dari censatur. VI, 8, 19
 Privilegia confirmata pro una religione quomodo ad alias religiones extendenda. VI, 8, 16
 Privilegii interpretandi quænam praxis observanda. VI, 8, 28
 Privilegii usus illicitus duplex. VI, 8, 30
- PROHIBITIO.
- Prohibitio, vide PRÆCIPIO.
 Prohibitio quid significet circa legem. V, 1, 20
- R
- RECITARE.
- Recitare, vide PRIVILEGIUM, PRÆCEPTUM.
- RELIGIOSUS.
- Religiosis quæ poena imponi possit, vide POENA.
 Religiosi quando legibus synodalibus obligentur. V, 4, 20
 Religiosi exempti an obligentur legibus Episcoporum. *ibid.*
 Religiosi exempti an obligentur, saltem jure naturæ, legibus Episcoporum. *ibid.*
 Religiosi exempti, solum ratione scandali, tenentur legibus Episcoporum. *ibid.*
 Religiosorum regulæ sæpe obligant ad poenam, non ad culpam. V, 5, 4
 Religiosorum regulæ quo sensu obligent in conscientia. V, 4, 6
 Religiosi in voto obedientie habent virtuale pactum acceptandi poenitentias. *ibid.*
 Religiosi peregrinantes quomodo subsint legibus illius territorii ubi peregrinantur. V, 9, 33
 Solemnis religionis professio unde habeat suum vinculum. VI, 10, 6
 Religiosorum vota, vide VOTUM.
- RESCRIPTUM.
- Rescriptum seu epistola interpretans dubium, legem constituit sicut sententia. V, 3, 15
 Rescriptum requirit intrinsece scripturam. VI, 8, 2
 Rescriptum justitiæ et rescriptum gratiæ. *ibid.*
 Rescripti alia divisio. *ibid.*

- RESTITUTIO.
- Restitutio facta debitori invito quomodo sufficiat. V, 2, 10
- REVELATIO.
- Revelatio facta Petro, Act. 10, contigit anno Christi quadragesimo primo. VI, 9, 20
- REUS.
- Reus ad executionem aliquarum poenarum non tenetur. Vide SENTENTIA. VI, 5, 10
 Reus, data sententia qua ad mortem damnatur, potest ascendere scalam, extendere collum, etc. *ibid.*
 Reus tenetur poenam justam exilii et similes per se exercere. *ibid.*
 Reus ad quas poenas pecuniarias obligari possit. *ibid.*
- REX.
- Rex duorum regnorum diversorum non potest eisdem legibus obligare utrumque si uni essent utiles, non alteri. V, 1, 8
 Regis potestas, vide POTESTAS CIVILIS.
 Rex aliquando reginæ subditus esse potest. V, 3, 9
- RITUS.
- Ritus quid significet. VI, 7, 5
 Ritus juris et facti. *ibid.*
- S
- SANCTI.
- Sanctorum sententiæ etiam quæ in decreto habentur, non habent vim legis. VI, 7, 4
 Sanctorum dicta quando vim legis habere queant. *ibid.*
- SATISFACTIO.
- Satisfactio, vide JUSTUS.
- SCANDALUM.
- Scandalum evitandum etiam cum detrimento temporali. V, 1, 9
- SCRIPTURA.
- Scripturam non esse de essentia legis. V, 3, 15
 Scriptura requisita in statutis inferiorum. V, 4, 14
 Sensus Scripturæ duplex: litteralis et figuralis, et hic triplex: tropologicus seu moralis, allegoricus et anagogicus. VI, 9, 3
- SECRETUM.
- Secretum naturale non servare, non repugnare interdum juri naturæ. V, 2, 13
- SEDES.
- Sedium occupatio quomodo spectat ad jus gentium. V, 2, 18
- SENATUSCONSULTUM.
- Senatusconsulta cur ita dicta. V, 5, 1
- SENTENTIA.
- Sententia justa secundum allegata, et probata (re tamen vera) falsa, ad quid obliget. V, 5, 10
 Vide SUFFRAGIUM.
 Sententia declaratoria criminis non obligat reum ad executionem poenæ, nisi lex dicat ipso facto. Vide SIMONIA. *ibid.*
- SIMONIA.
- Simoniacus confidentialis ipso facto privatur beneficio, non expectata sententia declaratoria. V, 5, 8
 Simoniaci examinatos quam poenam incurrant. *ibid.*
 Simoniaci Cardinales in electione Papæ privantur beneficiis ipso facto. *ibid.*
- SIMULATIO.
- Simulatio Christi, Luc. 24, quomodo licita fuerit. VI, 9, 17
 Simulatio Jehu. 4 Reg. 10, peccaminosa fuit. *ibid.*
 Simulatio Josue, Jos. 8. *ibid.*
 Simulatio Elizei Naamam Syro, de adorando Remmon., 4 Reg., 5 quomodo intelligenda. *ibid.*
- SPES.
- Spes, vide PRÆCEPTUM.
- SPOLIA.
- Spolia Ægyptiorum quomodo Judæis concessa. V, 2, 15
- STATUTUM.
- Statuta quæ videntur contra jus commune quomodo intelligenda. VI, 6, 26
 Statutum inferioris a superiore non confirmatum quam vim habeat. *ibid.*
 Statutum sine jurisdictione ab aliqua congregatione factum, non obligat ex vi legis, sed cujusdam pacti. V, 4, 6
- STYLUS.
- Stylus quid significet. VI, 7, 5
 Stylus juris et facti. *ibid.*
 Styli varii effectus insinuantur. *ibid.*
 Styli leges quæ et quales. *ibid.*
- SUBDITUS.
- Subditus petens dispensationem sine causa quomodo peccet. VI, 6, 18
 Subditus non peccat utendo dispensatione sine causa. VI, 6, 19
- SUFFRAGIUM.
- Suffragandi inhabilitas quando incurritur. V, 5, 9
 Suffragandi inhabilitas non expectat sententiam declaratoriam. *ibid.*
 Suffragii inhabilitas activa, quædam obstat valori suffragii, quædam non. *ibid.*
 Suffragii valori non semper obstat inhabilitas juris activa, secus de passiva. *ibid.*
 Suffragium omnino nullum quando. *ibid.*
 Suffragii inhabilitas quando poenalis et quando substantialis. *ibid.*
 Suffragandi inhabilitates quæ dicuntur facti, incurri ante sententiam declaratoriam, nisi obstet consuetudo fortasse probabilis. *ibid.*
 Suffragantes scholares, an teneantur veritatem respondere de inhabilitate facti, a superiore sub iuramento interrogati. *ibid.*
 Suffragantes post negatam veritatem an peccent contra justitiam. *ibid.*
 Suffragantes se offerentes ad suffragia tenentur veritatem fateri. *ibid.*
 Suffragantes male quomodo puniendi. *ibid.*
 Suffragantes male an consuetudo excuset. *ibid.*